



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Qvod Ivdæi Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Caput .VII. Quod iustus Iesus Christianoru[m] Deus iniuste ue[n]ditus sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

V E R I M E S S I A E

pore nil proficimus inter Gentes, nec est spes proficiendæ  
amplius.

CAPVT .VII.

Quod iustus Iesus Christianorū Deus iniuste uēditus sit.

**E**Xpauesco, domine mi, & timeo q̄ iste Iesus quem  
colunt Christiani, sit ille iustus uenditus pro argēto  
secundū Amos prophetā, Et timeo quod de ipso sūt  
hæc quæ mihi occurrunt testimonia Prophetarū, & illa  
eadem in doctrina sua ualde aperte applicant Christiani.  
Esa. propheta primo cap. dicit. Ve genti peccatrici filijs  
sceleratis, quoniam ipsi clongauerunt se à Deo, & blas-  
phemauerunt sanctū eius, & inclinati sunt retrorsū. Item  
idem Propheta dicit. Quasi ouis ad occisionem ductus est  
qui non aperuit os suum. Item dicit. Vir habens dolorem  
& sciens infirmitatem. Item fuit despectus & propter  
hoc non reputauimus eum, ipse enim oblatuſ est quia ipse  
uoluit. Item de angustia iudicij depositus est, generationē  
eius quis enarrabit? Item propter culpā populi mei trās-  
fixi eum, & dabit iniuriatores pro sepultura & diuites  
pro morte sua. Et timeo, domine mi, quod iniuriatores fu-  
erūt Patres nostri, & diuites, Pilatus & Herodes: & An-  
na & Cayphas, sicut dicit Propheta Dauid. Consurrexe-  
runt omnes reges terræ & maiores, & contra Deum &  
cōtra Christum eius. Reges. s. prædicti: Maiores. s. patres  
nostri. Et timeo domine quod iste IESVS sit ille cōmuta-  
tus et uēditus p̄ argēto, de quo loquitur Zacharias Pro-  
pheta,

P A R A S T A S I S.

pheta, & Amos, et alij Prophetae. De quo etiam loquitur  
Esa. propheta capi. liij. Deponet omnes iniquitates et ora  
bit pro infidelibus. Timeo ego, domine mi, q̄ iste IESVS  
sit ille iustus de quo dicit David in spal. lxxiij. Delectati  
sunt in animam iusti, et sanguinem innocentem condemnabunt, et  
propter hoc eicit eos Deus et disperdet illos dominus De-  
us noster. Et timeo, domine mi, q̄ iste sit ille iustus de quo  
loquitur Hierem. cap. ix. cum dicit. Homo est, et quis est qui in-  
telligit eum? Item Hierem. cap. x. Species uultus nostri Chri-  
stus Deus captus est, pro peccatis nostris. Cui diximus. In  
umbra tua uiuemus inter gentes. Timeo etiam, domine mi, q̄  
iste sit ille iustus de quo dixit Deus per os Zachariae pro-  
phetae cap. xiiij. Dicetur enim in illa die, quae sunt istae plagae in  
palmis tuis. Et respondebit. Plagatus fuit in medio domus  
meae inter illos qui dilexerunt me et leuauit ens pastor meus  
supra me. Idem cap. xij. Aspiciet ad me die illa, et illum quem  
transfixerunt, et planget super illum quasi planctum unigeniti.  
Timeo etiam, domine mi, quod iste fuit iustus ille de quo  
dicit Abacuch cap. iij. Cornua in manibus eius ibi abscondi-  
ta est fortitudo eius &c. Et concordat Euangelium Chri-  
stianorum ubi narratur mors IESV, & ostendunt. Cum  
autem uenissent ad IESVM, inuenerunt eum mortuum et  
misit unus ex eis lanceam suam, et transfixit. Paveo, domine  
mi, q̄ iste sit iustus de quo dicit Abacuch cap. xiiij. Egres-  
sus es domine saluare populum tuum cum Christo tuo.

Caput. VIII. Quomodo post occisionem Christi facta  
dispersio Iudaeorum secundum Danielelem.

Expauesco,